



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

Cap. VI. De Circumstantiis Loci, Temporis, & Modi solvendi Decimas; seu qualiter solvantur Decimæ; continet quatuor Quæstiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

- 46 Decima tamquam onus reale sequitur tampradii, quam fructuum detentorem.
- 47 Decima solvenda est nihil soluto iis, qui decimas solvere debent, non attenda quavis consuetudine.
- 48 Decima secunda sunt cum integritate, & sine diminutione.

## CAP. VI.

## De circumstantiis loci, temporis, &amp; modi solvendi decimas, seu qualiter solvantur decima.

QUAERO PRIMO de loco, An debeant decima portari in horrea clericorum?

PRIMA CONCLUSIO. Ubi sine magno labore, & sumtu id fieri possit, debent decimæ † portari in horrea clericorum: ita in specie tradit Covar. d. lib. 1. var. resol. c. 17. num. 8. vers. 8. ex his colligi poterit, sic intelligens gloss. in c. cum homines, quam ibi Abb. & Doct. sequuntur, de decim. & Jas. l. 2. q. 27. C. de jur. emphyt. absolute dicentes, ad id solventes decimas teneri, quod etiam tenuit Io. An. in add. ad Spec. eodem tit. sup. 2. libell. Vinc. Franc. decis. Neap. 124. nu. 1. Franc. Vir. decis. 4. nu. 33. & est text. juncta gloss. in c. revertimini, 16. q. 2. & tenent Doct. in c. ex parte. il. 2. de decim. teste Abb. c. pervenit, num. 3. eodem tit. & sequitur Hispan. reg. decim. q. 14. num. 6.

SECUNDA CONCLUSIO. Non possunt † laici decimas solventes fruges asportare, donec clerici, quibus solvendæ sunt decimæ, certiores fiant de collectione; ita in terminis voluit Specul. rit. de decim. in fin. quem sequuntur Abb. & Doct. communiter, c. ex parte, il. 2. de decim. Capel. Tholos. decis. 109. & alii quos refert, & sequitur Covar. ubi supra, licet in hoc † possit induci contraria consuetudo, ut possint fruges in propria horrea condi, ut late tradit Cravet. consil. 21. quem

4 *Sequitur ibidem Covar.* Imo potest † Curatus, & alius exactor decimarum obtinere inhibitionem domini fundi, ne fructus exportet ante decimæ solutionem, post *Guid. Pap. dec. 283. Io. An. Collect. Anchar. Card. & alios, c. ex parte, il. 2. resoluit Rebuf. d. tract. q. 5. n. 23.*

TERTIA CONCLUSIO. Si horrea sint ad hoc publice deputata, † debent decimæ in illa horrea, ubi de hoc adfit consuetudo, debent in horrea clericorum portari decimæ, alias secus; ita *Covar. loc. cit. intelligens Archid. d. 1. de decim. in 6. Fel. c. si autem, d. 4. de rescript. & alios quos refert ibi, dicentes, absolute non sic decimas portandas in horrea clericorum, nisi illis petentibus.*

6 QUARTA CONCLUSIO. Valet consuetudo † de portandi decimas in horrea; ita *Rebuf. in d. tract. q. 13. num. 49. post Host. in summa tit. de decim. §. si q. 16. Collect. cap. in aliquibus, eod. Craver. cons. 21. Paris. cons. incip. considerata. col. 2. vol. 4. & colligitur ex his, quos recensuimus 1. & 3. conclus.*

7 QUINTA CONCLUSIO. Valet † consuetudo ut decimæ, hoc est, pars decimalis frugum relinquatur in agro, dummodo Curatus monitus fuerit, antequam aliqua fructuum fieret separatio; ita *Curr. in c. fin. de requis. de consuet. post Host. in c. certificari, de sepult. Cap. Tholos. decis. 432. Roffr. in tractat. de libel. jur. Can. rube. qual. decim. sit dan. Rebuf. d. q. 13. n. 50. & alii apud Covar. in collect. jur. Can. collect. ult. 1. part.*

QUÆRO SECUNDO, Quo tempore solvenda sunt decimæ?

8 PRIMA CONCLUSIO. Decimæ prædialibus † solvi debent statim ac fructus collecti sunt; tex. est, ubi *Abb. & alii Doct. in c. cum homines, de decim. & not. Rebuf. d. q. 12. nu. 1. & 2. Læ. Zanch. de priv. eccles. pro. vil. 120. n. 11. Guid. Papæ cons. 70. ex processu, q. 1. ubi etiam intelligit statim, id est, quanto citius solvi possunt, ut etiam voluit gloss. pen. d. c. cum homines, in p. illius gloss. & sufficit, quod † fructus sint collecti, licet granum sit cum palea, ut videtur velle *Rebuf. d. q. 12. num.**

num. 2. sed clarius Abb. *in c. pervenit*, num. 3. de decim. licet contrarium sentiat Marches. *de commiss. & rescript. par. 2. c. 4. num. 31.* per tex. qui non urgent. Et, si tunc non fuit soluta decima, vel saltem juxta consuetudinem monitus Curatus, ut decimam reciperet, & frumentum, vel vinum perit, † tenebitur is, qui sol- 10 vero, vel monere debebat, ut not. Rebuf. d. num. 2. arg. l. cum res. in fin. ff. de leg. 1. & tradunt gloss. & Doct. d. c. cum homines.

SECUNDA CONCLUSIO. Decimæ personales † regulariter debentur solum in fine anni, ut not. gloss. 11 *in c. revertimini*, in verb. *annus*, 16 q. 1. Abb. *in c. pervenit*, n. 3. de decim. post Jo. An. *in addit. ad Specul. in tit. de decim. super 2. libell.* idem voluerunt alii quos refert Franc. Viv. *in decis. Neap. decis. 4. n. 35.* Quamvis idem Vivi. num. seq. post Card. *in c. pastoralis*, q. 16 eodem tit. & Rebuf. d. q. 12. numero 4. velint, tutius esse † statim 12 solvere, ex eo quia interim potest Rector indigere, & parochianus mori. Illud sane certum est, † quod si in- 13 tra annum solvantur, non possunt à parochio recusari, sicut post Butr. *in c. ad Apostolica*, in fine, de decim. resolvit Rebuf. d. n. 4.

TERTIA CONCLUSIO. De agnis, & vitulis † de- 14 bentur decimæ, cum illi nutriti fuerint, nec indigent lacte materno; sic not. Hispan. d. tract. regul. decim. q. 14. n. 5. Rebuf. d. tract. q. 6. n. 3. Io. An. Boich. Anchar. & alii *in c. cum homines*, neque consuluit Oldr. cons. 236. incip. circa propositam & tradit Veri. d. decis. 4. n. 7.

QUARTA CONCLUSIO. Valet consuetudo, † ut 15 decimæ prædiales non solvantur statim, sed certo tempore Collect. *in d. c. cum homines*, post Roffr. *in tract. de libell. jur. can. in 4. par. rubr. qualiter decim. sit danda*, & tradunt Doct. *in c. ad Apostolica*, & c. *in aliquibus*, in fin. de decim. & not. Rebuf. d. q. 12. nu. 3. & q. 13. num. 52. ubi dicit, consuetudinem esse apud Venetos de solvendis decimis personalib. in articulo mortis, & quod tam quoad locū, quam tēpus solvendi decimā † atten- 16 denda sit consuetudo etiam decennialis, late docet Vi-

vi. decis. Neap. 4. num. 42. & 43. post. Abb. in c. cum sint, n. 6. de decim. & alios.

QUÆRO TERTIO, An decima non petita, seu etiam præterita exigi possint?

- PRIMA CONCLUSIO, Debentur clericis decimæ etiam decursæ, & præteritæ, ita Covar. d. c. 17. a. 8. vers. 8. Ex his colligi poterit, & nu. 12 per totum. Bolenne de charit. subsid. notab. 1. num. 1. & decisum fuit in Parlam. Delphin. teste Franc. Marc. decis. 550 num. 5. part. idem voluit Io. An. & Abb. in c. cum homines, de decim. Feder. de sen. cons. 81. Tirag. de retract. lign. §. 29. gloss. 2. num. 7. Hispan. d. reg. decim. §. ult. num. 1. & supponunt ii omnes, quos sup. cap. præceden. 9. conol. rececimus, tenentes remissionem posse fieri super præteritis decimis; optimus text. d. c. cum homines, de decim. idq; late & optime tuetur Germon. de sacror. immunit. lib. 3. c. 19. nu. 62. 63. 64. Neque ideo liberatur etiam præteritarum decimarum solutione, quod prædium vendat, ut in specie Tirag. loc. cit. post Io. An. & Abb. & alios adnotavit. Imo peti poterunt etiam à novo possessore, ut post Io. An. & Abb. in c. cum homines, conclusit Franc. Marc. ubi supra ex eo, quia decima sit onus reale, & transit cum prædio, c. de terris, c. cum sint, c. nupt. & dilecti, c. tua nobis, de decim. ubi etiam ait, esse in optione ecclesiæ, quem velit convenire novum, vel antiquum prædii possessorem, quod etiam tenet Rebut. d. tract. q. 9. num. 9. Gig. tract. de pension. q. 39. num. 12. & q. 43. numer. 4. Io. An. Abb. & Feder. locis cit. Idem per Host. Card. & alios, d. c. pastoralis, tradit Capic. decis. Neap. 20. nu. 26. quin etiam etiam sequuntur decimæ futurum detentorem, gloss. & alii in c. cum non sit, de decim. Vivi. d. decis. 4. nu. 3. & 4. optimus textus in c. pastoralis, eodem, & inter Theologos not. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. ad 4.

SECUNDA CONCLUSIO. Quæ ex præcedenti inferitur. Decimæ debentur etiam sacerdotibus licet non petantur, & sine ulla monitione; ita in specie Covar. loc. cit. gloss. pen. Abb. & alii in d. c. cum homines, idem Abb.

*in c. pervenit, nu. 3. eod. tit. Franc. Vivi. decis. Neap. 4. nu. 67. Rebuf. d. tract. q. 12. nu. 7. 8. & 13. alia opt. gloss. in c. 1. eodem tit. in 6. idem quoque late & optime probat Germon. d. c. 19. nu. 62. & 63. facit etiam maxime rex. in d. c. cum homines, ubi disponitur, quod decimæ statim collectis fructibus solvantur. Et quamvis Rot. Rom. decis. 1. nu. 1. de decim. in antiq. & S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. ad 5. & ibi expressius Cajet. videantur velle, decimas non deberi, nisi petantur; quod clarius tenet Fel. c. si autem, num. 5. de refer. Paris. cons. 15. nu. 26. volum. 1. per ea, quæ not. Archid. & alii in c. 1. de decim. in 6. tamen neque ibi Rot. se firmat, sed potius contrarium tenere videtur; quia, inquit, decimæ debentur, nec quis prætereundere potest ignorantiam, quando debeantur, & sic sine petitione offerri debent, quia debitor † debet 22 portare debitum ad domum creditoris, ut not. inquis Innoc. in c. significante, de pignor. & creditor † non de- 23 bet interpellare debitorem, nisi ex urbanitate, ut not. Add. ad Rot. ibidem per gl. sing. in §. sic itaque, in verb. denunciare, Inst. de act. qui etiam Add. ad Rot. dicunt, eam decisionem Rot. esse duram, nec forte tutam in conscientia; neque etiam illa est Archidiaconi sententia, ut ex eodem patet, & pulcherrime, atque apertissime ostendunt Covar. & Germon. loc. cit. Cajet. vero eo loci fateretur & ipse, quod saltem, ubi indigeant ministri, tenentur laici decimas etiam non petentibus solvere; præterquam, quod loquitur, ubi laici excusentur consuetudine, vel alia causa, nec possint sine scandalo decimæ exigi; quomodo intelligendus est etiam S. Thom. d. art. 1. ad 5. quamvis aliter eum exponat Covar. d. c. 17. nu. 12. ubi etiam eum locum conciliat cum alio loco D. Thom. ut latius per eum; neque Archid. & alii quos refert Paris. id inquirent, ad quod illos citat, ut etiam Covar. d. n. 8. vers. cit. adnotavit. Adde quod etiam ii omnes exponi possunt de petitione extrajudiciali, atq; ex urbanitate, de qua inf. concl. ult. preut intelligit Rebuf. d. q. 12. num. 14.*

TERTIA CONCLUSIO. Probabile mihi est † ob 24

TERCA-

retentionem usurarum posse etiã peti usuras; ita Firm. verb. decima, v. 33. & verb. usura, vers. 156. Card. clem. 1. §. si. q. 16. numero 9. de usur. Petr. Malign. in suo moder. tractat. de retentione, num. 363. quod intelligo verum a die saltem, quo petita fuerunt, cum tunc vera mora intercedat.

- 25 **QUARTA CONCLUSIO** Decimæ † non possunt propria auctoritate capi, sed peti saltem ex urbanitate debent extrajudicialiter, quicquid voluerit Spec. tit. de decim. vers. ult. queritur; ita in specie Rebus d. tract. q. d. nu. 20. Vivi. decis. Neap. 4. nu. 34. & not. etiam Alber. in l. extat. colum. 1. ff. quod met. cau. & in l. nullus, C. de jud.

Qualiter vero petantur decimæ, & qua ratione, aliquid tractat Rebus d. q. 9. fere per totum, & nos aliquid infra dicemus, in cap. ult. ubi agemus de modo procedendi in exactiõne decimarum.

- 26 **PRIMA CONCLUSIO.** Fideliter † dari debent decimæ, hoc est, ut nec optimum, nec pejus detur pro decima; ita habetur in c. quicumq. 3. il. 1. 16. q. 1. & sumit est ex Levit. 27. indignum enim est dare Deo quod indignatur homo, c. ult. in fin. 46. dist. idem not. Rebus d. tract. q. 6. nu. 29. & q. 19. num. 1. Hispan. d. tract. reg. decim. q. 14. nu. 17. per text. in c. hoc jus porrectum, 10. q. 1. & c. omnes decima, 16. q. 7. quare illa regula servari poterit, ut de vitulis, vel agnis, † prout sub virga pastoralis transeunt, decimus solvatur, prout habetur in d. c. omnes decima, & adnotarunt Hispan. & Rebus. loc. cit. neque poterit unus cum alio commutari, alias uterq. deberet, ut disponitur in d. c. omnes, & not. Rebus. d. q. 11. nu. 2.

- 28 **SECUNDA CONCLUSIO.** Decimæ prædiales † solvendæ sunt, non deductis expensis, tex. in c. tua nobis, c. pastoralis, c. non est in potestate, & in c. cum homines, ubi Abb. & ceteri, de decim. not. Archid. in c. revertimini, in fi. 16. q. 1. S. Ant. in summa 2. part. tit. 4. c. 3. de decim. Rebus. d. q. 11. nu. 3. & alii, quos referunt, & se-

quinn

quuntur *Tiraq. de retr. lign. §. 15. gloss. l. num. 10. Cap. decis. Neap. 20. n. 2. Vivi. decis. 4. num. 1. Franc. Marc. decis. Delphin 198. nu. 1. 2. par. Idem † quoque erit in 29*  
 decimis mixtis, ut de piscatione, & venatione tradit  
*Vivi d. decis. 4. num. 1. post Capit. d. decis. 20. nu. 5. Imo*  
 neque † semina deducuntur ex prædialibus decimis, 30  
*Franc. Marc. d. nu. 1. Host. relatus per Armil. in sum. in*  
*verb. decima, §. 2. Vivi. d. decis. 4. num. 14. & est tex. in c.*  
*tua nobis, ubi Abb. num. 1. & alii, de decim. Ratio au-*  
 tem, quare expensæ ex his decimis non deducantur,  
 cum alias fructus † intelligantur deductis expensis, l. 31  
*fructus, ff. sol. matr. cum similib. præcipua illa est, quia*  
 agitur de quota, non de totis fructibus restituendis, ut  
*voluit Abb. d. c. pastoralis, & post Host. in summa, tradit*  
*Vivi. d. decis. 4. n. 13. alias rationes videbis per Abb. d. c.*  
*pastoralis, & Doct. d. l. fructus.*

**TERTIA CONCLUSIO.** Decimæ personales † 32  
 regulariter debentur expensis prius deductis, ut quæ  
 factæ sunt in mercibus emendis, quærendis, vehendis;  
*rex. in c. pastoralis, ubi gloss. Abb. & ceteri, de decim. not.*  
*Rebuf. d. tract. q. 11. n. 4. Vivi. d. decis. 4. num. 21. & 22.*  
*gl. in c. cum homines, vers. decimatis, Tiraq. in d. §. 15.*  
*gloss. l. num. 14. neque solum expensæ utiliter erogatae,*  
 ut in mediatoribus, verum etiam † voluntarie, dum- 33  
 modo in fraudem factæ non sint, deducuntur, ut post  
*Innoc. Host. Io. An. & Card. & gloss. d. c. pastoralis, tra-*  
*dunt Rebuf. d. num. 4. Vivi. decis. 4. num. 23. Rationes*  
 vero, † cur de personalibus deducantur expensæ, non 34  
 vero de prædialibus, duæ præcipuæ sunt; altera, quod  
 in negotiatione, & similibus, de quibus personalis  
 decima solvitur, præcipue operatur manus hominum,  
 in prædialibus præcipue manus Dei; quam sequitur  
*Vinc. & gl. d. c. pastoralis, Tiraq. d. gloss. l. n. 14. Viv. d. de-*  
*cis. 4. num. 28. altera, quia bis eadem res decimaretur,*  
 quam sequitur gloss. & Host. d. c. pastoralis, Rebuf. d. q. 11.  
*nu. 6. alias rationes afferunt Rebuf. d. q. 11. num. 5. & 6.*  
*Host. & alii, d. c. pastoralis.*

Hanc etiam conclusionem ampliabis, † ut si res im- 35  
 mobi-

- mobiles acquisitæ vendantur, ut domus, ager, vineæ, clibanus, de pecunia deducuntur, impenſa reparacionum, ut ſi centum aureis, qui jam decimati ſunt, domum emam, & poſtea ducentis vendam, deducam centum aureos jam decimatos, & expenſas, ſi quas feci in reparacionibus, & de reſiduo tamquam de lucro decimam ſolvam, *ut diſponit tex. d. c. paſtoralis, verſ. ad quod reſpondemus, ubi gloſſ. & ceteri, Rebuſ. d. q. 11. numer. 7.*
- 36 Si tamen † res remaneat penes me, puta clibanus, molendinum & ſimilia, de quorum commodo, & lucro decimas ſolvo, non deducam expenſas factas in eorum conſtructione, aut reſectione, *ut habetur in eodem textu in ſin. ubi gloſſ. & alii, & not. inter ceteros, Rebuſ. d. numer. 7.*
- 37 QUARTA CONCLUSIO. Debentur decimæ antequam ſolvatur cenſus, vel tributum, vel ſi prius illa ſolvantur, decimari & ipſa debent; *tex. eſt, ubi gloſſ. Abb. & ceteri Doct. in c. cum non ſit, de decim. not. Vivi. d. decif. 4. nu. 2. & 6. inter Theologos, S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. ad 4. Sot. lib. 9. de juſt. & jur. q. 4. art. 2. ad 4.* Ratio eſt, ut etiam ex *tex.* colligitur, quoniam cum duæ cauſæ concurrunt, † potentior attenditur; præponenda ergo erit decima, quæ Deo reſervatur in ſignum univerſalis domini, tributo, quod ſolvitur privato in ſignum ſpecialis domini; *ita in ſpecie Abb. d. c. cum non ſit, Vivi. d. decif. 4. n. 7.*
- 39 QUINTA CONCLUSIO. Suppoſito, † quod tam per dominum, quam per colonum ſolvenda ſit decima, *ut per c. à nobis, & c. tua nobis, & ibi Doct. de decim. oſtendimus in præcedenti cap. q. 1. concl. 1.* quicquid dicere voluerit *Vinc. Franc. decif. Neap. 107. nu. 3. & ſeqq.* qui tamen potius loquitur in decima papali. Si quaeramus, *an per utrumque æque ſolvenda ſit, & quomodo inter eos dividenda, ſit hæc ſolutio;* primo diſtinguendum eſt, quoad dominium. Aut enim dominus locando prædium contraxit quandam ſocietatem, ita, ut recipiat aliquotam partem, puta tertiam, vel medietatem fructuum, & tunc uterque tenetur pro parte ſua;

& ſic

Et sic procedit text. in d. c. tua nobis, ubi id not. gloss. in  
 vers. sic & dominus, & ibi Abb. numer. 14. & alii Doct.  
 quod tamen intelligendum est, nisi ager fuerit primo  
 decimatus; tunc enim nihil amplius exigere potest ec-  
 clesia à domino, ut optime not. ibi gloss. sed residuum  
 fructuum dividendum erit inter dominum, & colo-  
 num ad ratam, juxta formam conventionis. Aut do-  
 minus conducit colonum nummis, vel ei promittit  
 certas mensuras pro operis, sive nascentur fructus, sive  
 non (quo casu ipse dominus conductor est, & dicitur  
 prædium suis sumtibus, seu manibus, quamvis per a-  
 lium laborare, juxta tit. in c. ex parte, il. 3. & duob. seqq.  
 de decim.) & tunc dominus tenetur prius integram  
 decimam solvere ecclesie quia omnes fructus ad eum  
 pertinent, Abb. d. num. 14 per text. in c. non est, & c. cum  
 non sit, de decim. Aut dominus locavit prædium pro  
 certis mensuris, vel certa pecunia, ita, ut fructus spe-  
 ctent ad colonum, & conductorem, & tunc inquit  
 Abb. ubi supr. post Innoc. d. c. cum non sit, non tenetur  
 dominus ex hac pensione aliquid solvere; onus enim  
 decime est onus fructuum, c. pastoralis, eodem tit. Unde  
 transferendo omnes fructus in conductorem, viderur  
 transtulisse cum onere suo. Imo etiam quodammodo  
 decimam eo casu solvit dominus de pensione, cum  
 pro minori pensione prædium locaverit ratione o-  
 neris annexi, ut ibi Abb. adnotavit, & hoc idem voluit  
 etiam gloss. si recte perpendatur, licet Abb. eam contra-  
 rium sentire dicat. Aut ¶ certa portio datur domino, 41  
 non ratione locationis, sed vel census, & tributis, vel  
 advocacionis, seu alterius servitii, & tunc tenetur do-  
 minus solvere decimam ecclesie parochiali ratione  
 persone sue, Abb. d. num. 14. per c. ex transmissa, de de-  
 cim. Aut demum gratis datur alicui à colono aliqua  
 portio, & tunc ¶ debet etiam ab eo, qui recipit, solvi 42  
 decima personalis tamquam de lucro, quicquid volue-  
 rit Innoc. na gloss. & Abb. ubi supra arg. d. c. ex trans-  
 missa. qui etiam dicit id communiter teneri. Hec de do-  
 mino. De colono quoque quomodo, & cui ecclesie  
 solvere

solvere

- Solvere debeat decimam, distinguendum est. Nam aut  
 est colonus partarius, & solvere debet pro portione  
 sua decimam ecclesie prædiali, *Abb. d. c. tua nobis, num.*  
*15. & in c. cum sint homines, nu. 5. & 6. per illos tex. au-*  
*colit nummis, seu pro certis mensuris sibi a domico-*  
*dandis, juxta secundum casum superioris distinc-*  
*tionis, & tunc solvet ecclesie parochiali personalem de-*  
*cimam, tanquam de lucro suæ personæ, ut aperte inde-*  
*cat Abb. d. num. 15. & 10. An. d. c. cum sint; aut demum*  
 colonus conducit totum prædium, sive nummis sive  
 pro certis mensuris domino solvendis, & tunc debet  
 colonus solvere integram decimam ex omnibus fru-  
 ctibus ecclesie prædiali, *Abb. d. num. 15. & ibid gloss.*  
*idem Abb. d. c. cum sint, numero 6. post gloss. ibi Innoc. &*  
*Host. d. c. tua nobis, rationibus, de quibus per Abb. d. num.*  
*6. Et hoc intelligendum, seclusa omni consuetudine,*  
 43 *prout not. Abb. d. num. 6. nam consuetudo † attendi de-*  
 bet, cui ecclesie solvat colonus decimam, prædialitè,  
 an parochiali, hoc est, illi, in qua audit divina, & reci-  
 pit sacramenta, ut aperte disponitur, *in d. c. cum sint,*  
 ubi Abb. post alios, *d. nu. 5.* ostendens etiam ex hoc ra-  
 tionem difficultatis, quam insinuat ibi text. nec tamen  
 gloss. ejusq; sequaces agnoverant.
- 44 Declara etiam conclusionem non procedere, † ubi  
 aliud pactum sit inter dominum, & conductorem; il-  
 lud enim servandum est, *c. i. de pactis, cum similib.* quod
- 45 tamen † non præjudicabit ecclesie, quin possit conve-  
 nire fructuum detentorem, *ut in specie. not. gloss. d. c. tua*  
*nobis, vers. sic & dominus, in fin. c. pleriq; de pact. inter*
- 46 *debitorem, ff. de pactis.* Decima enim † tanquam onus  
 reale sequitur possessorem tam prædii, quam fru-  
 ctuum, *ut præter supra citatos in q. præced. concl. 1. in fin.*  
*docet gloss. d. vers. sic & dominus, & in c. in aliquibus,*  
*eodem tit. per c. si quis laicus, 16. q. 1. c. cum non sit, de de-*  
*cim. c. ex literis, de pignoribus, & l. hætenus, ff. de usu-*  
*fruct.*
- 47 **SEXTA CONCLUSIO.** Debetur decima †  
 nihil soluto ipsis, qui debent solvere decimas, licet et-  
 iam

iam aliqua consuetudo esset in contrarium, ita *Abb. in c. i. n. 2. de consuet. quod confirmatur † ex c. commis-* 48  
*sum, c. pervenit, c. ex parte. il. 2. c. ex transmissa, c. non est, c. tua nobis, de decim. & similibus juribus, in quibus*  
 disponitur, decimas vel cum integritate, vel sine dimi-  
 nutione esse persolvendas.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 Ecclesia quatuorplex sit.
- 2 Cathedralis ecclesia ab Episcopali quodammodo distinguatur.
- 3 Matrix ecclesia qua sit, & cur ita dicatur.
- 4 Baptismalis ecclesia qua sit, & an sit semper curata.
- 5 Parochialis, & pradialis ecclesia qua sit.
- 6 Prescriptio consuetudo, & compositio in solvendis decimis servanda est.
- 7 Decima fructuum, qui nascuntur in parochia Episcopi vel ecclesie Cathedralis, nisi ibi sit alius Curatus, debentur Episcopo.
- 8 Decima quomodo dividi debeant in quatuor partes.
- 9 Episcopo debentur decima pradiorum, qua in nullius parochia sita sunt. Idem ubi parochia non sint distincta. num. 10. secus si locus sit intra duas parochias, sed ignoretur, cujus sit. num. 11.
- 12 Episcopo debentur decima stante consuetudine. Item qua donata fuerunt ecclesie cathedrali, vel alio modo ei debentur. nu. 13.
- 14 Episcopus in sua quarta decimarum est fundatus de jure communi.
- 15 Ecclesia cathedralis nullum jus habet in ecclesiis, seu capellis civitatis.
- 16 Episcopus potest nomine cujuslibet ecclesie vacantis agere ad decimas.
- 17 Reales decima pradiali ecclesie, personales parochiali debentur.
- 18 Parochialis ecclesia, cui decima personales solvantur, qua sit.

- 19 Sacramenta percipiens in pluribus ecclesiis per annum, ad ratam temporis decimas solvet.
- 20 Divina in monasterio percipiens, & audiens, in non solvet decimas, sed ecclesia parochiali, in qua quæ habet domicilium.
- 21 Domicilia plura habens, solvit decimas, ubi est principuum domicilium. Quid si domus sit in confinio duarum parochiarum. num. 22. Et quid si dubitatur, de qua parochia sit domus. num. 23.
- 24 Domicilium mutans solvet secundo Curato. Quid si non constet de animo mutandi domicilium. numero 25.
- 26 Mixta decima cui ecclesia solvantur.
- 27 Baptismali ecclesia regulariter debentur decima; latius tamen distinguitur. num. 28. & seqq.
- 29 Ecclesia sita intra fines baptismalis quando percipiat decimas tam reales suorum confinium, quam personales, & num. præced.
- 30 Baptismalis ecclesia consentiens fundationi parochia intra suos limites censetur remisisse ius decimandi, & alia iura parochialia pro illa portione limitum. Non tamen potest propter hunc consensum aliquid saltem temporale accipere. numero 31.
- 32 Retineri non potest decima sacerdotibus ob malos mores; vel etiam quia eius fructus in malos usus convertant. num. 33. Quid vero si sacerdos non deserviat, vel notorius peccator sit. num. 34.
- 35 Denegare possunt laici decimas sacerdotibus, cum sibi ab illis denegantur sacramenta. Id tamen non facient laici propria auctoritate, sed in iudicio accipiendo. nu. 36.
- 37 Parochus non potest propria auctoritate denegare sacramenta iis, qui cum debeant, non solvunt decimas, nisi id notorium sit.
- 38 Denegari non possunt decima clericis ex eo, quia divites sint, neque iis indigeant. Ratio assertur numero seqq.

39 D  
40 D

Q

O M  
tur

de causa

solum a

ligiosis.

Præ

nem; E

Baptism

plebania

parochi

malis, f

cursum

ut, per g

us, 10. q.

rot. 22

tractat. a

q. 6. num

fert tamen

thedralis;

scopi, v

per gloss.

etiam dif

scopus a

prie dica

venerabi

ex trans

men dici

bat gl. d. c

deputati

39 De

- 39 Decima dantur etiam pro sustentatione pauperum.  
 40 Decima jure divino, & naturali non debentur ministris non indigentibus; & quid de aliis.

## CAP. VII.

*Quibus ecclesiis, seu personis solvenda  
 sint Decimæ.*

OMITTAM hic tractare, quando laicis debeantur decimæ ex privilegio vel præscriptione aliave de causa, quoniam de his fufe egimus, in c. 5. q. 3. & 5. solum agemus de locis, & personis ecclesiasticis, ac religiosis.

Præmitto tamen, † communem illam distinctionem; Ecclesia alia est Episcopalis, seu Cathedralis, alia Baptismalis, quam vulgus parochialem, & extra urbem plebaniam vocat, & matrix dici potest; alia proprie parochialis, quæ posita est intra fines ecclesiæ baptismalis, seu parochiæ, & oratorium seu capellam, vel succursum vocare possumus. Hac distinctio colligitur ex not. per gloss. & Doct. in c. cum contingat, de decim. c. pluribus, 10. q. 1. c. cū clerici, & c. venerabili, de verb. sig. rubr. & not. tit. de eccles. adif. & de immun. eccles. Tyndar. tractat. de decim. num. 71. & seqq. Rebus. eodem tractat. q. 6. num. 6. & seqq. Card. cons. 26. & aliis passim. Differt tamen quodammodo ecclesia † Episcopalis à cathedrali; potest enim sumi ecclesia, vel ut est sedes Episcopi, vel ut ecclesia majoris Capituli, ut patet ex not. per gloss. in clem. 1. verb. matricem, de sent. excom. sicut etiam differt mensa Episcopi à mensa Capituli, & Episcopus à Capitulo. Matrix quoque ecclesia, † licet proprie dicatur de ecclesia cathedrali, ut patet ex tex. d. c. venerabili, cum ibi not. per gloss. in verb. matricem, & c. ex transmissa, de præscript. & Rebus. d. q. 6. numer. 6. tamen dicitur etiam de ecclesia baptismali, ut not. & probat gl. d. clem. 1. verb. matricem, & in clem. un. in verb. deputati, de bapt. & ejus eff. Card. d. cons. 26. num. 4. ex